

heden blijkt :) zijn de kloosterlingen nooit wettelijk van hun regt en privilegien nopen de keus hunner hoofden beroofd geweest, en vervolgens schijnt het zeker te wezen dat zij die regten en privilegien, bij hun tot den jaere 1515. in voegen en geplogen, nog mogen gerustelijk gebruiken en zig daer nae schikken en dat zij geensints gehouden zijn zig te conformeren aen het gene men daer sedert tegen heeft willen invoeren of gedwongen is geweest nopen de nominatien etc. der geestelijke hoofden provisionelijk te admitteren.

En wat schijnd'er ook redelijker en billiger als dat men het geestelijk gansch laet aen het geestelijk, en dat men onderhoud het schoon order door de kerkelijke wetten ingevoerd, en volgen deeze laete den vrijen keus der hoofden aen die, de welke als lidmaeten der zelve moeten dienen en gehoorzaemen? Hincmarus zegt zeer wel: *justum est caput ab illis eligi a quibus debet obediri*. En wat zoude men niet zeggen dat Paus of bisschop, onkundig in militaire zaeken, de benoeming hadde of provisie der capitajnen, colonels en generalen der legers? Men zou zekerlijk zulks aenzien als een groot wanorder en verderfelijk bestier; en nogtans wat is 'et beter als de princelijke ofte koninglijke magt de kloosters van hoofden voorziet ofte belemmert den keus der bestierders?

A. Heijlen, Archivista Tongerl.
Archief Averbode, *ibid.*, bl. 96-103.

* * *

AD HISTORIAM ORDINIS PRAEMONSTRATENSIS IN HUNGARIA :-: :-: :-: :-:

Novissimo tempore compertum est, ante dominationem Turcarum etiam in urbe Szeged fuisse sorores Praemonstratenses. Mirum scriptores rerum Szegedinarum hoc prorsus ignorare (1). En habes, candide lector, quae mihi usque adhuc nota facta sunt:

Anno 1511., expulsis monialibus Benedictinis, in castrum Somlyóvásárhely moniales Praemonstratenses veniunt, ex quarum urbario (2), lingua hungarica confecto annoque 1590 transscripto, excluso quovis dubio apparet:

- 1) moniales e monasterio Szent Lélek (Spiritus Sancti) de Szeged venisse in castrum Somlyóvásárhely,

(1) Varga Ferenc et Reizner János.

(2) *Tört. Társ.* 1903, 414. ss.; Lukácsics P., *A vásárhelyi apácák története*.

2) nomen earum fuisse Boldogasszonyszerzet (Moniales B. M. V.),

3) uno eodemque tempore 19 migrasse de Szeged in Vászárhely, ergo in possessione magni monasterii olim eas fuisse.

In bibliotheca Franciscana de Szombathely exstat codex chartaceus, ineunte saec. XVI. exaratus, qui « Antiphonarium Praemonstratensium » (3) inscribitur, in cuiusque pag. 13. legitur :

« Ezer ewthzaz tyzenhath eztendeben yrtak w thernuszth akorth megh egye Zent leleknek monosthóra ees Zent myklusy ees felsew warasnak Zegednek nagyob rezye elso hydnepenek Zent agostonnak estyn feria quarta ». id est : anno 1516 scripserunt hunc ternionem. Tunc in vigilia primi festi S. Augustini, feria quarta, monasteria S. Spiritus et S. Nicolai, maiorque pars urbis superioris Szeged incendio devastata sunt.

Ab eadem manu invenies pag. 70. « soror marta yrtá » (scripsit soror Marta).

Ex quo colligitur :

- 1) incendium, magnam urbis superioris Szeged partem consumens, vespere diei 27 augusti a. 1516. ortum esse,
- 2) monasteria Szent Lélek (Spiritus Sanctus, ergo monialium) et Szent Miklós (S. Nicolai) in urbe superiore fuisse,
- 3) moniales Praemonstratenses adhuc a. 1516 in urbe Szeged habitasse.

Conscriptio decimarum (4) anni 1522 testatur a praefatis monasteriis etiam vias esse denominatas. Memoria templi S. Nicolai labentibus annis minime exstinguitur (5). In scriptis publicis anni 1731. mentio fit de quodam fundo, in quo templum S. Nicolai fuisse dicitur.

Quando venerint moniales Praemonstratenses in urbem Szeged, prorsus ignoratur, sed monasterium Ord. Praem., ortum saec. XIII. in Hungaria non invenitur. Item ignoratur, quousque manserint illic. Cum autem urbs Szeged a Turcis bis igne devastata esset et quidem die 28. Septembris a. 1526, et iterum a. 1543 et deinceps sub eorum dominatione permansisset, verosimile videtur monasterium his annis abolitum esse.

Szombathely. 1930.

HORVATH Antonius.

(3) *Bibl. Franciscana in Szombathely*, cod. chart. 6264., tegimine ligneo fibulisque aeneis stili gothici.

(4) *Reizner : Szeged története*, IV. 97-128.

(5) *Reizner : III. 22.* nota sexta.